Qui ergo vltra menſuram ⁊ generalē me
thā regule aliquid vult addere ieiunioꝝ
vigiliaruꝫ aut diſcipline ⁊ auſteritatis: vt
puta abſtinere a vino per quadrageſimā:
portare cilicium aut cingulum ferreū ⁊ ſi-
milia debet patri ſuo abbati pādere. Et
abbas tanq̄ꝫ prudens paſtor dꝫ conſidera
re ⁊ conditiones perſone ⁊ vires nature.

Conditiones cōſiderāde i eo qui cupit ſingularē penitētiā agere

Cōditiones perſone ſi ſit leuis ⁊ mobiliſ
aut diſcreta ⁊ conſtans. Vires nature ēt
debet conſiderare ſi ſit fortis debiliſ egro
tatiuus aut robuſtus: ⁊ ſcd̄m iſta pōt aut
totum aut parteꝫ concedere aut omnino
nihil. ¶ Ubi nota q̄ duo requirūtur ab
abbate. ſ. voluntas ſiue licentia: ⁊ oratio-
nis ſuffragium. Voluntas ſiue licentia ad
operandum: oratio vero in auxilium. Ab

Duo ab abbate requirēda.

bas aūt cū dat huiuſmodi licentias debꝫ
ſimul adiungere benedictionem ſuā cum
oratione dicendo huiuſmodi verba. Do
minus qui incepit in te hoc opus virtuo-
ſum bonum deſiderium perficiat tribuē
do tibi gratiaꝫ illud perficiendi ⁊ conſu-
mandi ad gloriam ſuam ⁊ tue anime ſalu-
tē Amē: aut ſimilia. Vex qꝛ abbas nō dꝫ
de ſua tm̄ oratione in huiuſmodi operibꝰ
preſumere: dꝫ in generali ⁊ ſpeciali alioꝝ
fratrū orationum ſuffragia poſtulare. In
generali quidē ⁊ in capitulo dicat ita: fra

Obſeruāduꝫ abbati.

tres rogemus deuꝫ vt illi q̄ in hoc ſancto
tempore quadrageſime proponūt deo ali
quid offerre vltra ſolitū morē de orationi
bus abſtinentijs pſalmodia vl̄ diſciplinis
cū eius adiutorio incipiant ⁊ in augmen-
tum gratie proſequantur. Et finaliter in
ſpeciali dicit vt tacito nomine fratris di
cat abbas: Eſt qdā frater qui cuꝫ licentia
noſtra ſe aſtrinxit ad aliquā ſingularē pe-
nitentiā habete eū recōmiſſum in oratio-
nibus veſtris vt illā diuina virtute adiu-
tus ſalubriter valeat adimplere. Cām au-
tē huius quod dictū eſt iam: videlicet ꝙ li
cētia ⁊ volūtate petēda ab abbate: ſubdit
ſanctus pater dicens (Quia quod ſine ꝑ-
miſſione ⁊ voluntate patris ſpiritualis fit

Quare in oībus licētia ſit poſtulanda.

preſumptioni deputabitur ⁊ vane glorie
nō mercedi. Ergo cū voluntate abbatis
omnia agenda ſunt) Nota tria dāna hic
nominat ſanctus pater que incurrit q̄ ꝓ-
pria voluntate ſine voluntate ſuoꝝ ſuperi
orum aggreditur huiuſmodi opera etiaꝫ

bona. Incurrit enim primo peccatū pre-
ſumptionis: incidit in laqueū vane glorie
⁊ premium amittit ſiue mercedem ſuorū
laborum. Quare dicit beatus bernarduſ
ſuper canti. Grande malum propria vo-
luntas qua fit vt bona tibi bona non ſint.
Quare optime concludit ſanctꝰ pater: vt
omnia cum abbatis voluntate fiāt.

Tria dāna incurrit q̄ ꝓpa voluntate aliquid aggreditur.

¶ Capitulū. l. regule: de fratribus qui longe ab oratorio laborant aut in via ſunt.

FRatres qui oīno longe
ſunt in labore ⁊ nō pn̄t oc
currere hora competēti
ad oratoriū ⁊ abbas hoc
perpēdit qꝛ ita eſt: agāt ibidē opus
dei vbi operanť cū tremore diuino
flectētes genua. Similiter qui ī iti
nere directi ſunt nō eos pretereant
hore cōſtitute: ſed vt poſſunt agant
ſibi: ⁊ ſeruitutis penſum non negli-
gant reddere.

¶ Tracta. D. car. cxvj. de longe ab orato
rio laborātibus aut in itinere exiſtētibus

FRatres qui omnino ⁊c̄. Su-
perius egit Beatus benedi-
ctus qualiter tā in opere dei
q̄ꝫ in alijs certis temporibus
fratres ſe debeant habere in
monaſterio conſtituti: Nūc ſubdit de his
qui exterius occupanť dicens (Fratres q̄
omnino longe ſunt in labore aut in via et
nō poſſunt hora compentēti occurrere ad
oratoriū: ⁊ abbas hoc ꝑpendit quia ita ē
agant ibidem opus dei vbi operanť cum
tremore diuino flectentes genua) Senſuſ
eſt: fratres operantes ita lōge ab oratorio
q̄ nō facile ſingulis vicibꝰ horarū laborē
interrumpēdo poſſunt ad oratoriū veni-
re: ⁊ iterꝫ ad laborādū redire: ſicut q̄ eēnt
in nemore aut agro ſiue molēdino orent
ibidē horis ꝯſtitutis horas ſuas cū deuo-
tione. flectentes genua aut inclinātes ſe